REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 73r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



In subsequenti hoc libro q̄ nuncupat̄ sinonima
idest multa uerba in unam significationē coeuntia scē recordationis
ysidorus archiep̄s ex hispania introducit personam hominis in erumpnis
presentis scl̄i deflentis poene usq; ad desperationis defluxum. Cui mirabili
conparationi obuians leni moderamine consolatur hunc atq; a lapsu despera
tionis ad spem uenie reformat. Et quē admodum tercio uersantis mundi
lapsum incursus euitat formulamq; uite spiritalis arripiat mirabiliter docet
deinde ad contēplationis ascensum eum sum opere prouehens in arcē usq;
perfectionis adducit. isdemq; in perfectum uirum p̄ductus eidē debitas
rationi grates exsoluit. In quo denique opere quisquis intentamente lector
nititur p̄gere. sine dubio repperire quo pacto caueat uitia. quomodo
defleat peccata commissa. Qualit̄ per lam̄ta penitentie reparatus ad
fructum scē operationis accedat inueniet. Vt non cum mundi con
cupiscentiis pereat. sed eternis premiis remuneratus uiuat cum xp̄o
dn̄o nostro. qui cum patre et spū scō equalis uiuit et regnat ds̄ in scl̄a
scl̄orum a ꝛc Ysidorus lectori salutem

Venit nuper ad manus meas quedam scedula quam sinoni
mā dicunt. cuius formula persuasit animo. Quoddam lam̄tū
mihi uel miseris condere, imitatus profectu. non eius operis eloquium sed
meum uotum. Quisquis ergo ille es libenter id p̄lege. et dum aduer
sitatibus mundi tangeris te ipsum censorio iudicio discute. et statim agnoscis
quia quascumq; afflictiones pateris in hoc scl̄o. retributione tibi iustissi
ma inferuntur. Duorum aut̄ persone hic inducuntur. deflentis homi
nis. et admonentis rationis Explic̄ plog̃. In nomine summe trini
tatis incip̄ lib̄ Sinonime s. ysidori hispaniensis urb̄ ep̄i Homo

Anima mea in angustiis est. sp̄s m̄s estuat. Cor meum fluc
tuat. angustie animi possident me. angustie animi affligunt
me; Circumdatus sum eni malis. circumseptus sum erumpnis. Circū
clusus erumpnis. Obsitus miseriis. Opertus infelicitate. Opressus angustiis.
Non repperio uspiam tanti mali perfugium. tanti doloris non in
uenio argumentum. euadende calamitatis. Indicia non conp̄hendo.
minuendi doloris Argumenta non colligo. effugiendi funeris uesti
gium non inuenio. Vbiq; me infelicitas mea persequatur. Domi